

[Propria w formacie pdf do pobrania](#)

## VERBUM DOMINI

### Lectio Epistolæ beāti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

1 Joan 5:4-10

Caríssimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Iesus est Fílius Dei? Hic est, qui venit per aquam et sánguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et ságuine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in coelo: Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra: Spíritus, et aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei maius est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod maius est: quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

### R. Deo gratias

Najmilsi: Wszystko, co się narodziło z Boga, zwycięża świat, a zwycięstwem, które odnosimy nad światem jest wiara nasza. Któż jest, który zwycięża świat, jeśli nie ten, kto wierzy, że Jezus jest Synem Bożym? Jest to ten sam Jezus Chrystus, który przyszedł przez wodę i przez krew; nie w wodzie tylko, ale w wodzie i we krwi. A Duch świadczy, że Chrystus jest prawdą. Albowiem Trójca wydaje świadectwo na niebie: Ojciec, Syn i Duch Święty, a Trójca ta jednym jest. Jeśli świadectwo ludzkie przyjmujemy, świadectwo Boże większe jest. Bo to jest świadectwo Boże, które większe jest, przez które zaświadczył o Synu swoim. Kto wierzy w Syna Bożego, nosi w sobie świadectwo Boże.

**Sequéntia** □ **sancti Evangélii secúndum Ioánnem.**

**R. Gloria tibi Domine!**

Ioan 20:19-31.

In illo tēpore: Cum sero esset die illo, una sabbatōrum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregāti propter metum ludæōrum: venit Iesus, et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostēdit eis manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiseritis peccáta, remittúntur eis; et quorum retinúeritis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui dicitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixérunt ergo ei alii discipuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus eius fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, íterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus, íanuis clausis, et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc et vide manus meas, et affer manum tuam et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas et dixit ei: Dóminus meus et Deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti, qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credátis, quia Iesus est Christus, Fílius Dei: et ut credétes vitam habeátis in nómine eius.

### **R. Laus tibi, Christe!**

Onego czasu: Wieczorem dnia owego, pierwszego po szabacie, gdy drzwi były zamknięte tam, gdzie z bojaźni gromadzili się uczniowie, przyszedł Jezus, stanął między nimi i rzekł im: «Pokój wam». A to powiedziawszy ukazał im ręce i bok. Uradowali się tedy uczniowie, ujrzawszy Pana. Rzekł im przeto znowu: «Pokój wam. Jako mnie posłał Ojciec i ja was posyłam». To powiedzawszy tchnął na nich i rzekł im: «Weźmijcie Ducha Świętego. Którym odpuscicie grzechy, są im odpuszczone, a którym zatrzymacie, są im zatrzymane». A Tomasz, jeden z dwunastu, zwany Didymus, nie był razem z nimi, kiedy przyszedł Jezus. Powiedzieli mu tedy inni uczniowie: «Widzieliśmy Pana». A on im rzekł: «Jeśli nie ujrzę na rękach Jego przebicia gwoźdźmi i nie włożę palca mego w miejsce gwoździ, i nie włożę ręki mojej w bok Jego, nie uwierzę». A po ośmiu dniach byli znowu uczniowie Jego w domu i Tomasz z nimi. Wszedł Jezus, a drzwi były zamknięte, stanął między nimi i rzekł: «Pokój wam». Potem rzekł do Tomasza. «Włóż tu palec twój i oglądaj ręce moje, i wyciągnij rękę swoją, i włoż w bok mój, a nie bądź niewiernym, lecz wierzącym». A odpowiadając Tomasz rzekł Mu: «Pan mój i Bóg mój». Rzecz mu Jezus: «Uwierzyłeś dlatego żeś mię ujrzał. Tomaszu, błogosławieni, którzy nie widzieli, a uwierzyli». Wiele też innych jeszcze cudów uczynił Jezus wobec uczniów swoich, które nie są w tej księdze spisane. Te zaś spisane są, abyście uwierzyli, że Jezus jest Chrystusem, Synem Bożym, i żebyście przez wiarę żywot mieli w imię Jego.